



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

99. An Episcopus possit conferre Ordines minores quatuor, vel quinque personis in diebus Dominicis, vel diebus festiuis? Sed difficultas est, an sit necessarium esse dies festiuos de præcepto? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

nistrare Ordines minores cum Subdiaconatu; & sic ordinatum nullam incurere suspensionem, esse satis probabilem. Sed de hac questione, supposita consuetudine, ego alibi egi, & me citato, nouissime agit Leander de Sacrament. tom. 2. tract. 6. disput. 11. quest. 13.

RESOL. XCVIII.

An Minores Ordines possint conferri diebus festiuis duplicibus, non tamen seruatis à populo ex præcepto? Et quid de Ordinibus sacris ex privilegio Papa, si mendis, ut conceditur in tribus diebus festiuis? Sed difficultas est, quid sub nomine diei festiui intelligatur? Et supponitur minores Ordines posse dari quolibet Dominico, & quouis die Feste. Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Ref. 97.

Mibi in Resolutionibus, & 55. canon. primæ huius Ref.

Sup. hoc leg. de dictis 5. not. leg.

Sup. hoc in Ref. leg. Sed dictum, & vide etiam 5. not. leg.

§. 1. **C**Asus est quotidianus, & satis practicabilis, cuius discussionem composui ad instantiam Abbatis la Farina, viri quidem omni laude dignissimi, & literis præsertim politoribus ornatissimi, pro cuius decisione suppono cum Henriquez lib. 10. cap. 12. n. 2. Reginaldo tom. 2. lib. 30. tract. 1. cap. 5. num. 26. Ochagavia de Sacramento Ordinis, quest. 9. n. 8. Fillacio tom. 1. tract. 9. cap. 4. num. 85. Castaldo in praxi Car. lib. 2. sect. 15. cap. 3. num. 3, & Layman lib. 5. tract. 10. cap. 8. num. 1. Angelo verb. Ordo num. 7. Arilla eodem verbo, num. 6. Tabiena verb. Ordo, 2. qu. 3. Salzedo in practica Diaz, cap. 26. §. Minores. Alzedo in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 21. Madio de Sacramento Ordinis, cap. 3. num. 4. Honorio in Decretal. lib. 1. tit. 11. n. 1. Campanili in diuersis. Canon. rubr. 6. cap. 2. num. 1. Ioanne Suarez in Euchirid. casuum conscientie, lib. 5. verb. Ordo, §. datur prima tonsura, & aliis; Ordines minores posse dari quolibet die Dominico, & quouis die festo. Sed difficultas est, quid sub nomine diei festiui intelligatur. Nam aliqui tenent intelligi festum de præcepto, & ita docet Naldus in summis, verb. Ordo, num. 15. Barbosa de potestate Episcop. part. 2. allegat. 11. num. 22. & in collect. ad ius Canon. tom. 2. lib. 1. tit. 11. cap. 3. num. 5. Azotius part. 2. lib. 1. cap. 17. questio vltimo, male pro contraria sententia à Barbosa citatus; & à fortiori hanc sententiam docet etiam Villalobos in summa, tom. 1. tract. 11. difficult. 13. num. 4. Viguertus in inst. cap. 16. §. 6. vers. 6. Rosella verb. Ordo, 2. n. 4. Diuus Antoninus 3. part. tit. 4. cap. 16. §. 116. Syluester verb. Ordo, 2. quest. 2. Bartholomæus à Ledesina de Sacramento Ordinis, dub. 15. Paludanus in 4. difficult. 25. quest. 2. num. 15. Zanard. in Director. part. 1. de Sacramento Ordinis, cap. 3. asserentes Ordines minores dari posse in diebus Dominicis, & aliis festis principalibus, quod etiam docet Vega in speculo, part. 2. cap. 14. §. 9. num. 56. Et ut verum fatear, Doctores supra citati, asserentes Ordines conferri posse die Dominico, aut alio die festiui, videntur docere hunc diem debere esse festiui de præcepto, sicuti sunt dies Dominici. Confirmatur hæc sententia ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij, ubi dum dicit denunciations matrimonij faciendas esse in diebus festiuis; Concilium Provinciale Mediolanense, & Basilius Pontius de matrimonio lib. 5. cap. 30. n. 7. cum aliis asserunt, dies festiui intelligendos esse de his, qui Ecclesie præcepto seruantur. Ratio huius sententiæ erit, quia ille dicitur vulgarter dies festus, quem populus, & Clerus pro feriato ab operibus feruilibus habent; & summus Pontifex accipit diem festum, quando concedit aliquem ordinari posse, ut passim & communiter ac-

cipi solet, loquitur enim ut communiter loqui homines consueverunt.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam aliqui tenent, nempe dictos dies festiui tam in Ordinibus minoribus, quam in maioribus ex privilegio sumendis sufficere, ut sint de festo duplici, licet non feruetur Ecclesie præceptum, neque in illis abstinatur ab operibus feruilibus. Et quia hæc opinio erit satis plausibilis omnibus ordinandis, & etiam, ut reor, Dominis Episcopis, ponam hic per extensum verba doctorum, qui illam docent. Ioannes Propositus Societatis Iesv in 3. part. D. Thoma, quest. vni. de Sacramento Ordinis, dub. 15. num. 130. sic ait. Quod autem in cap. de eo, de tempor. ordinari. dicitur, minores Ordines dandos esse diebus festis, non tantum videtur intelligendum de festo, quod feruatur in populo, sed etiam de eo quod feruatur in choro. Ita ille. Cui adde ex Societate eadem Stephanum Fagundez pr. 1. cap. 1. num. 15. ubi hæc asserit. Rogabis an cum summus Pontifex concedit privilegium alicui ut possit extra tempus à iure statutum tribus diebus festiuis ad tres sacros Ordines Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotij promoveri, nomine diei festiui intelligatur festus dies, ac ferrius, in quo populus laboribus, & operibus feruilibus cessat: an sufficiat quod sit dies duplex, licet non sit ferrius? bipartita est sententia de hac re. Prima docet necesse esse hos dies esse à laboribus, & operibus feruilibus ferriatos, & non sufficere quod sint duplices, & festi in ordine ad officia diuina. Secunda tamen sententia verior, & probabilior docet sufficere, quod sint dies duplices, & festi in ordine ad officia diuina; licet non sint à laboribus ferriati. Hæc Fagundez, qui pro hac sententia citat Rodriguez in quest. regul. tom. 3. quest. 25. art. 5. quibus etiam ego addo Homobonum de Bonis in responsione casu conscientie, volumine 2. part. 5. response 207. & tandem hanc sententiam docere Pontificale Romanum obseruat Gauntius in Euchiridio Episcoporum, verb. Ordines minores, num. 15. & Tannerus tom. 4. disput. 7. quest. 3. dub. 2. num. 44. asserentes ex dicto Pontificali minores Ordines posse dari singulis Dominicis, & festiuis diebus duplicibus, quod nouissime notat etiam Franciscus Hallier de sacris Ordinibus, part. 2. sect. 7. cap. 1. art. 1. num. 2. Vnde nescio quare quidam Episcopi Theologus cum ipso olim de hac opinione in praxi seruanda nimium scrupulis agitaretur: est enim hæc opinio satis probabilis, & ideo, me consulente, ne timeant Episcopi illam in praxi deducere.

Sup. hoc supra in Ref. 84. §. Sed an. & in Ref. 88. §. Neque, prope finem à vers. Affirmante.

RESOL. XCIX.

An Episcopus possit conferre Ordines minores quatuor, vel quinque personis in diebus Dominicis, vel diebus festiuis? Sed difficultas est, an sit necessarium esse dies festiuis de præcepto? Et docetur, quod in rigore iuris non videtur vetitum quacumque die, etiam seriali minores ordines conferre? Et an conclusa consuetudine ex causa iusta minores ordines, & simul Subdiaconatum eodem die Episcopus conferre possit? Et notatur suscipientes minores Ordines ante susceptum Sacramentum Confirmationis, nec ipsos, nec Episcopum peccare mortaliter? Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. Ref. 66.

§. 1. **N**egatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissime Martinus de San Ioseph D d 4

in *Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Ordine, num. 2.* vbi sic ait: [Los quatro menores Ordenes se pueden dar en qualquiera dia de Domingo, y ne qualquiera dia festiuo à vna, ò dos personas. Assi lo dize el pontifical Romano, que lo tomò del *cap. De eo de temporib. ordinat.* Galpar Hurtadus *vbi proxime;* però no podran ordenar por este capitulo los Obispos en dichos dias, sino à vno, ò à lo mas dos; porque expressamente lo señalan el Pontifical, y el *cap. De eo citat.* Vazquez *diff. 246. cap. 5.* Hurtadus *diff. 23. in princ.* Y es de admirar, que diziendolo tam claro el Derecho, afirmen algunos Autores, que pue- den ordenar mas que dos, no parezca, que haze Ordenes generales.] Sic Diana *2. par. tract. 16. resol. 28.* Siluec. *verb. Ordo 2. num. 6.* Reginaldus *lib. 50. n. 26.* Y no dizen bien, pues in claris non est locus coniecturalis. Hucusque Martinus; cui adde etiam nominatim contra me Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 6. diff. 11. quest. 5.* qui tamen magis liberalis, quam Martinus, extendit ordinationem ad tres.

Quæ hic est supra Ref. 96. §. 2.

2. Sed ego non discedo à sententia, quam docui, & puto, in hoc nõ tam scrupulosè ab Episcopis procedendum: nam illa verba Textus *cap. 3. de temporib. ordin.* non sunt appposita taxatiuè, sed exemplificatiuè, & idèò asserit Castrus Palaus *tom. 4. tract. 27. punct. 13. n. 2.* Bassæus in *Floribus, verb. Ordo 4. num. 10.* cum aliis, Ordines Minores priuatim posse conferri, modò non fiat tot Ordinandi, vt generalis Ordinatio videatur. Vnde doctissimus, & amicissimus Pater Quintanaduenas in *instrucl. Ordin. Hispalen. part. 3. §. 4. num. 10.* sic ait. [La primera Tonlura se puede dar qualquier dia, y assi se vfa. Las Ordenes Menores, fuera de las Temporales, se pueden dar todos los Domingos, y fiestas, *cap. De eo de temp. ord. Pontificale,* Angelus Ordo *4. num. 10.* Tabiena Ordo *2. quest. 3.* Armilla *ord. num. 7.* Salzedus *prac. Bernardus Diaz, cap. 26.* Rebuffus *praxi de Cleric. gloss. 1. n. 3.* Sanchez *lib. 7. conf. cap. 1. dub. 52. num. 5.* Y no solo se puede à algunos, sino à muchos dar estas Ordenes estos dias, como no parezcan se celebran Ordenes generales; que esto pretende prohibir el Derecho, *cap. De eo* quando dize, se den à vno, ò dos.] Ita ille, & ego: quibus adde Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez in *Opus. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 52. n. 8.* & alios, quos adducit Leandrus *vbi supra.*

Sup. hac prima Tonlura in Ref. not. præterea §. vlt. post medium, ver. qui notat, & præteritis minoribus Ordinibus ibidem in §. 1.

3. Sed dictum est, Ordines Minores conferendos esse diebus Dominicis, vel diebus Festiuis; difficultas est, an sit necessarium, esse Festiuos de præcepto? Et affirmatiuè respondet Leandrus *loco citato, quest. 3.* cum aliis, quibus adde Lezanam *verb. Ordines Sacri num. 9.* Sed in alio extremo se ponunt aliqui, & docent, quòd in rigore iuris non videtur vetitum quacumque die Minores Ordines conferre, & ita tenet Eligius Bassæus in *florib. verb. Ordo 4. n. 4. in fine,* & nouissimè idem tenet Martinus de San Ioseph *vbi supra in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de Ordine, num. 3. & 4.* vbi sic ait. [Juzgo que es muy probable, que pueden los Señores Obispos dar los Menores Ordenes en qualquiera dia, aunque no sea de fiesta; porque aunque el Pontifical Romano, y el *cap. de eo,* solamente señalan los dia de Domingo ò festiuos; no reuocaron el *cap. Quando dist. 5.* que dize: Quando & vbi licitum fuerit, vsque ad Subdiaconatus Officium ordinentur Clerici: & Iura iuribus expedit concordari, *leg. præcipimus in fine. Cod. de appellat. leg. Vnica. Cod. de Inoffic. dot. leg.* Sed & posteriores *ff. de legib. leg. non est nouum ff. eod. tit. cap. Cum expediat. de electionibus lib. 6.*] Ita ille qui citat Zerolam, Marchinum, & Ledesnam, quibus adde Ludouicum de San. Iuan. in *Summa, quest. 2. art. 9. de Sacrament. Ordin. 1. dub. 1. concl. 1.* sic asserentem.

Sup. hac diff. sic. in Ref. præterea §. 1. ante medium, ver. Sed difficultas, & vide eam à principio, & §. cius secundæ not.

4. Nota hinc obiter, etiam seclula consecratione licet Episcopo eidem eadem die ex causa iusta Minores ordines & simul Subdiaconatum conferre. Ratio est, quia id nullo Iure Canonico est vetitum, in Tridentino *sess. 23. cap. 13. de Reform.* itolum prohibetur, duos Ordines Sacros eidem eadem die conferri. Ita me citato, & aliis, tenet Bassæus in *floribus verb. Ord. 3. num. 7.*

5. Nota etiam, Suscipientes Ordines Minores ante susceptum Sacramentum Confirmationis nec ipsos nec Episcopum peccare mortaliter. Ita, me citato, tenet Martinus de San Ioseph *vbi supra punct. 13. n. 9.* & me citato, Bassæus, *verb. Ordo 3. n. 6.*

RESOL. C.

An Episcopus peccet mortaliter, si ordines aliquos qui Sacramentum Confirmationis non conferunt? Et an qui Ordine sacro initiatur ante Confirmationem peccet tamen venialiter? Et an eo ipso, quod quis habeat dimissoria à suo Episcopo, et possit ordinari, possit etiam à Episcopo confirmari? Et docetur Episcopum confirmantem alienum solus, si in sua Diocesi non peccare, & consequenter nec incurere in censuram aliquam. Et notatur Episcopum non confirmantem posse validè alios confirmare, neque hoc faciendo peccare mortaliter? Ex part. 10. tr. 11. & Milc. 1. Ref. 14.

§. 1. Affirmatiuam sententiam videtur docere Moura in *Medulla cas. Confess. part. 3. cap. 3. §. 5. num. 1.* & omnes qui docent peccare mortaliter, qui Sacris Ordinibus initiatur ante Confirmationem, in vigore præcepti Concilij Tridentini, *sess. 23. cap. 4. de Reformatione.*

2. Sed de his alibi contrarium Ego tenui, & nunc teneo de Episcopo, cum Soto, Nauarro, Torrellanca, & aliis, quos citat, & sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 3. diff. 1. quest. 9.* Quibus ego addo amicissimum Patrem Dicastillum, *de Sacram. tom. 1. tract. 3. diff. vnica, dub. 10. n. 100.* vbi sic ait. Aliqui recentiores putant, non esse præceptum aliquod suscipiendo Confirmationem ante Ordines; quomodo enim in Trident. *sess. 23. cap. 4. Confirm. dicatur, prima Tonlura non iniuntur, qui Confirmationem non suscipiunt:* in his tamen verbis nullum putant contineri præceptum, vel suscipiendi Confirmationem ante Primam Tonfuram, vel quo Episcopi prohiberentur Primam Tonfuram dare non Confirmato. Quæ doctrina vera est, si loquantur de peccato graui, si tamen velint, nec venialiter peccare; omnino salum dicitur apparere enim non contemptanda inordinatio, non loquendo directionem Tridentini; eum id fieri possit. Idèò non rectè dicitur, non esse præceptum id ita faciendi; sed non esse præceptum in materia graui. Ita Dicastillus. Et idèò non mihi placet opinio doctissimi Granadi in *3. part. tract. 4. diff. 1. n. 9.* qui putat, sumentem Ordinem ante Confirmationem, neque venialiter peccare, puto enim culpam venialem committere, non autem mortalem; & sic nouissimè docet Castrus Palaus, *tom. 4. tract. 20. punct. 8. num. 6.*

3. Sed cum Casus in facti contingentia accidisset, Episcopus noluit conferre Ordines cum peccato